

gari possit; cum perterrefactio verbis frequenter fieri soleat, possintque minæ adeo esse graves, vt metum in virum constantem cadentem importent: unde non fuit opus illa exprimi, et si aliquando expressa inueniantur, sicut in aliis accidit. Cum alias videamus verba à Pontifice posita vbi minoris efficacia sunt, cùm §. 4. dantes consilium pœnali Canonie comprehendit: maiorem enim vim comminationes quād consilium habent, q̄tia aliquid supra consilium addunt: si enim solum consilium sufficeret, mina utique non adderentur. His prædictis,

251 Dico secundū. Si quis delicti sui conscientia, & capturam timens, comminationes ante iactet, non videtur poenas Constitutionis incurere. Id probari potest, quia illa est inchoata resistentia, & perterrefactio in ordine ad personam propriam: etiam si talis sit, vt cadat in constantem virtutem: si enim non talis, ex eo etiam capite locum non habebit incurso, iuxta dicta num. 203.

252 Dico tertio. Si verba ita generalia sint, vt terrorem erga capturam aliorum etiam incutere possint, incurso in poenas existet. Hoc ex ipsa Assertionis propositione constat, iis suppositis, quæ de perterfactione per verba probavimus. Ex quo fit cognatos & amicos, qui capturam suscipiant, comminationes spargunt, in poenas posteriori ratione proruere, sed mitiganda, iuxta dicta Dub. 5. Aſſert. 2. quando est in illis latitudo, & excommunicationem excipiunt.

Si vero post capturam iniuriaſta verba in Tribunalis sancti iudicis ac ministros proferant, eorum est qualitas expendenda: communiter loquendo talia erunt, vt corundem iudicium veniant arbitrio punienda, iuxta ea, quæ cum aliis tradit Lopus Dift. 2. titat. Artic. 3. Difficult. 2. & D. Fermosinus Tomo 2. in Cap. Cūm veniſſent. Quæſt. 10. num. 5. & ſeqq. non tamē Constitutionis poenas, quia per illa non est impedita captura, neque conatus ad impeditiōnē adhibitus; cūm tamen Constitutio contra impeditentes sit, faltem inchoatè, vt ex eius est tenore p̄fſpicuum. Ex quo fit eos, qui videntes captum, ad Alcaldios accurrerunt, vt eriperent ipsum instarunt, pœnis Constitutionis obnoxios redditos, ramone ſcīcet confūl, & non qualitatemque, ſed virginis: fecus ſi tantum ſimpliēter nuntiarunt.

253 Sed quid de ſeruis cooperantibus? Exculandi ſane, quia neſciunt quid faciunt, eti non obedient, mettere grāte ſupplicium poſſunt. Sic enim & impeditentes exculari poſſe diximus numer. 218. ſecus de aliis, qui in ſatelliti concurredunt, & ſui iuriſ ſunt, cūm id in Conſtitutione expreſſum habeatur, ibi: Sive alijs auxiliū ſtenter p̄fſliterit. Niſi forte illis ignorātia ſuffragetur, & bona fide procedant, iuſtar militum, qui vbi iniuſtia maniſta non eſt, ſi Principi obliquantur ſuo, non peccant. Iuxta multorum ſententiā, etiam dubium aliquod ſubſit, dummodo veheſtis ſufpicio non ſit. Pro quo videtur potest Cardinalis Lugo Dift. 18. de Iuſtitia numer. 21. & Angelus M. Verrielli Tomo 1. 99. moral. Tractat. 1. Quæſt. 34. ſect. 3. alios adducens. Et veheſtis ſufpicio in caſibus ſimilibus regulariter ſtimulat, quia reſ S. Inquisitionis ſine magno non ſolent timore contingi. Vnde non eſt eadem ratio, quæ circa immunitatem patro-

cinari ſolent ut ministri ſe p̄iūs exciſentur, cūm ex præcepto Magistratum delinquentes ex Ecclesia extrahant, pro quo, citatus Scriptor Tractat. 8. Quæſt. 1. & Quæſt. 5. numer. 8. quia multi ſunt caſus, in quibus Ecclesia delinquentibus non ſatet, & poſſunt illi exiſtimare talem eſfe eum, qui tunc occurrat. Quid tamen reſpectu S. Inquisitionis alter omniq̄ contingit, vt eſt perſpicuum, unde moraliter certum eſt id eſſe illiciū. Et quando tale accidit, peccant illi grauiter, qui Superiorum exequuntur mandata, iuxta communem doctrinam, pro qua citatus Verrielli Tract. 2. Quæſt. 33. num. 2. & Tomo 2. ſect. Tractat. de Missionibus Quæſt. 107. numer. 48. vbi de famulis loquitur Mercatorum Lufstanorum in Aethiopum contractione. Sicut famulus etiam legens librum heretici iuſſu domini, niſi graui metu exciſetur: pro quo P. Thomas Sancius Lib. 2. Operis Moralis Cap. 10. num. 48. & 49. ex quo Alberghinius in Manuſcripto Cap. 32. num. 11. & hæc pro caſu dieta, ſubiectione ad quos debo, de qua & num. 188. alibi que, libenti ſemper animo, pro quo & Deus teſtis, inueleata.

ADDITIONVM

Ad Tomum Posteriorem Auctarium.

254 **D**icitur scriptas illas in manus venit citatus dndum Angelus Maria Verrielli, doctus & eruditus Scriptor, apud quem multa deprehendi aut diſcūla aut tacta ex iis, quæ ad Indias ſpecialia à me ſunt hoc in Ope rē pertractata. Vnde ope rē preium duxi quod ex illis opportunum viſum fuī adiicere, aut ſi quidquam minus verosimile occurrerat, pariter adnotare. Et licet aliqua in Additionibus ad priorē Tomum, tuis finit, locis interta: ea autem quæ ad posteriorem ſpecialiſtis ſiſiūl proponere viſum eſt patiſi exceptis, in marginis, aut alteri prænotatis. Ergo

CIRCA TITVLVM XII.

De Priuilegiis. An limitationes & reuocationes Priuilegiorum à S. Congregatione de propaganda fide dispositæ, ad Indias ſint extendendæ. Et alia circa Cap. 5. & 6. de illorum communicatione.

255 **T**racatu de Missionibus, pro quo integer eſt nec mōlis exigua. Tomus, ea habet, de quibus in ſequentib⁹ conſulendum. Missionarius ergo a dicta Congregatione miſſis ſpecialib⁹ ab eadem ex autoritate Sedi Apostolica priuilegia conceduntur, reſpectu quorum addi restrictiones ſolent, aut eam reuocationes: & p̄r posteriora Decreta ita ſunt limitata, vt ſi ad Religionis limitatio pertingat, multum inde eorum potestas contra receptionem præmixtum emittatur. Et manu-

illa penitus inconculta probat Auctor Quæſt. 94. poſtquam Quæſt. 93. probauerat per Bullam Coenæ maximè retuocari, ex manefſis priuilegiis, dequo & Quæſt. 98. num. 29. Sed Quæſt. 299. & 300. circa caſas Bullæ Coenæ, & alios quoddam, de quibus Titulo 4. magis ex professo quæſtionem agitans, videtur ſentire contrarium. Cūm enim fundamenta pro negativa parte ſect. 1. proponat, in ſequenti pro affirmante proſert, & in 3. negantis diſſoluit; addit tamen ſic in fine Quæſt. 300. Quia tamen Apostolicum Diploma mihi videre non licuit, idē de singulis ſingillatim quoad Indias nihil audeo affirmare. Praterea cūm viſus fit optimus legum interpres, nolo ex his, que ſcripsi ſcrupulū inijice pro ijs priuilegiis quæ in aliquā regione eſſent in viſu, proſertim quia in plurim regionibus non potest authenticis & ſufficienter conſolare reuocatione. Hæc ille, qui immeđiate ante viſu in Societate, non obſtantibus reuocationibus Congregationis, fidem facit, ex testimonio P. Martini Tridentini Senensis Procuratoris. Ex quibus videtur non eſſe circa hæc viſlatenus dubitandum, ſtante praefertim conſeſſione Innocentij X. modo currente, cui aliae ſine dubio ſuccedent: ſic enim Pontificum ſtylus decurrat per Vicennarias confeſſiones. Quid circa hæresim, dicendum inferius de quo & num. 125.

256 Illud non ita videtur apertum, an ſciliēt priuilegia S. Congregationis pro Indiis manifeſte non confeſſa, exiftimari eisdem communia poſſint. Pro quo negatiue ſtatuit Auctor Quæſt. 160. num. 4. verf. Conſideratur 4. Sed videnda quæ diximus citatis Capitibus 5. & 6. Sunt enim pro ſpecialibus Provinciis confeſſa, vt videri poſt apud citatum Titulo 16. & quia multa Epifcopis illarum conceduntur, aut Nuntiis, ſeu Vicariis Apostolicis, reſpectu quorum non videtur communicatio generaliter admittenda, niſi forte reſpectu ſimilium Prælatorum: videndum ſpecialiter quæ ſint ea, quæ Missionarii conceduntur, præter generalia illa, de quibus ſect. 7. Licet autem Formula non ſint revera confeſſiones: quia tamen, vt ex ſect. 24. conſtat, à S. Congregatione ſunt approbatæ, & pro iis Missionibus, quæ frequenter ſunt deferuant; quaſi confeſſionum certa argumenſa ſunt accipienda. Quibus non obſt Regula 7. Confeſſionum, de qua ſect. 1. in fine. Iuxta illam enim ſicut S. Congregationi à regulis pro eisdem traditis recedere, & facultates, prou opus fuerit, variare. Quamvis enim variatio aliqua reſpectu alieuius Provinciæ ſuerit, reſpectu aliquarum alliarum inuariare ſupererunt confeſſiones. Iuxta quæ in proposita quæſtione eo modo philoſophandum, de quo diximus locis citatis. Et quia facultates dictæ pro Missionariis ſunt, non videntur extendendæ niſi ad Missionarios; ad eos ſciliēt, qui à R. P. Generali miſſi, ſaluti Indorum incumbunt: aut etiam ſi non miſſi, a suis Superioribus ad opus illud Apostolicum deſtinantur: iuxta ea quæ ex Cardinali Lugo habet Auctor Quæſt. 97. num. 4. de quo ſtatiſt.

Circa Cap. VII. Difficult. I.

Ubi de Religiosis non miſſis à ſuis Praelatis circa communicationem Priuilegiorum.

257 **D**ividum citata Quæſt. benē id Auctor probat, quod a Nobis probatum etiam non tolūm de necessaria licentia, ſed approbatione, ad priuilegiorum viſum, quæ talis ſit, ut ad conuerſionis finem dirigatur. Vnde ſi quis ex fine mittatur alio, non licet viſu & communicatione, juxta illum, & alios. Quid non tollit id, à Nobis aſſertum; etiam ſtante fine alio poſſe communicationem extare, ſi Superior veſt ut ſic miſſus eo quo poſſit modo ministrum ſe faciliſ Indorum exhibeat: quod & tradiſ P. Vericelli num. 8. Quod autem miſſi cendendi ſint etiam ij. qui in Indiis degunt, ſi ad munus conuerſionis deſtinunt, pro certo habendum, ut bene ſtatiuit Cardinalis Lugo Lib. 4. respōſ. moral. Dub. 48. Sunt autem deſtinati omnes, etiam ſi ministroſi alii ſint addicti: quia nullus eſt qui a liquo modo non poſſit ad conuerſionem conſerre: & ministeria illa mediata & virtualiter ad eum finem diriguntur. Vnde viſu habet ut omnibus indiferenter priuilegia communient Superiores, cui etiam diſcribunt, quod qualitas exigit perſonarum. Vnde circa hoc ſine ſcrupulo procedendum. Quod etiam à Nobis dictum Aſſert. 4. de veniente cum Regia licentia, eti prober Auctor ex Fr. Emmanuel, ut ibi: reprobat tamen ex Breui Innocentij X. de quo & Nos Cap. 8. Difficult. 1.

Carca Difficultatem V.

Vbi de communicatione Priuilegiorum limitationem aliquam habentium, aut etiam conditionem.

258 **D**icitur citata Quæſt. 97. vbi cūm tacitam communicationem ſufficere dicat, etiam pro Religiosis Societatis, quæ tunc interuenit, cūm illi qui ministerio adſcribitur, cui ſolent eſte adnexa confeſſio, per obliuionem non poſtulata, ex P. Layman Libr. 5. Tractat. 6. Cap. 10. num. 1. Addit tamen dependentiam à Superioribus in illis requiſitam, pro Religiosis alii non requiri, ſed eo ipſo quod approbantur, priuilegiorum ampliæ confeſſione gaudere: pro quo alios adducit, num. 11. & 18. Sed ſi Mihi videtur, id quidem de priuilegiis Societatis confeſſis affirmat, non verò de confeſſis alii Religionibus cum prædicta limitatione: quia in Societate id exigit peculiare illius inſtitutum, & Monachica penitus gubernatio, vnde non eſt, cur ad alios limitatio talis extendatur. Cum vero illa in confeſſione pro Religionibus alii apponitur, non eſt extensioni locus, quia eſſet ratio dicta, & priuilegium non debet in communicatione amplius quam in confeſſione directa prorogari. Noſtræ tamen resolutioni ſtandum, quia nihil affectus, quod pro aſtero oppoſito aliquatenus videatur vrgere. Pro quo & ſtati Bordonus Tomo

2. Resolut. 52. num. 87. non obstante concessione Gregorij XIV. pro Clericis Crucigeris, seu Ministrantibus, de quâ testatur Fr. Emmanuel Tomo 1. qq. regul. quest. 55. art. 17. 6. Secundum dum, iuxta quam habent communicationem priuilegiorum Societatis abfque eo quod necelarium sit eam à Generali mendicare. His enim id potuit esse conueniens, non sic aliis: cùm adeo gratia inconuenientia ex tali communicatione sequantur, vt est à Nobis comprobatum. Vnde non est credibile id esse iuxta Sedis Apostolicę voluntatem.

259 Illud apud Auctorem certius ex n. 15. vbi alios adducit, scilicet præciso omni priuilegio, solum ex iure communī posse Capitulum Generale & Prouinciale restringere & tollere vnum priuilegiorum, quia & illis potest renuntiare. Sed quod ad Prouinciam attinet, intelligendum de priuilegio specialiter Prouinciae concessō: si enim toti Religioni concessum sit, nequit eidem renuntiare: neque Scriptores ab illo adducti contrarium dicunt, sed de renuntiatione aut cessione à Capitulo Generali facta loquuntur, vt videri potest apud P. Suarez Tomo 4. de Relig. Tractat. 10. Lib. 2. Cap. 22. num. 15. quem alii citant, fortè non bene perlectum. Neque Diana Parte 3. Tractat. 2. Resolut. 87. de Capitulo Provinciali quidquam attigit, de Generali tantum locutus. Omitto alia ex cit. quest. circa quae non est opus immorari.

Circa Caput VIII. De Baptismo.

260 Q uod Quest. eadem, num. 21. ait ex priuilegio Pij V. posse Religiosos in omnibus Monasteriis Ordinū, vel extra illā, in locis Indiarum baptizare: & quod num. 22. ex Fr. Emmanuel Tomo 1. qq. regul. quest. 31. art. 4. habere illos priuilegium baptizandi filios Hispanorum, nullā additā limitatione, non ita generaliter accipendum, sed iuxta illam, quam adhuc si iam vidimus in eunitibus cum Regis licentiā, & etiam habet n. 343. & 346. quod & magis ex professo probauerat Quest. 91. cum Thoma à Iesu, ad litteram adducto Breui Innocentij X., iuxta quod Pij V. priuilegium non suffragatur nisi in illis partibus, vbi neque Episcopi, neque Parochi sunt, de quo & Nos Diffic. 2. & num. 181. De similibus aliis Leon. X. & Pauli III. ac IV. idem iam dixerat P. Suarez Tomo 4. de Relig. Tractat. 10. Lib. 9. Cap. 4. num. 6. 7. & 8. vbi & de infidelibus, ac eorum filiis, cum negatione locutus. Quod autem priuilegia alia pro locis dictis concessa ante Tridentinum Concilium, non sint ab illo retocata, neque per Bullam Pij IV. benē ostendit Quest. 92. an & alia, à Nobis dictum, & generaliter loquitur n. 242. cum Fr. Emmanuel Tomo 4. art. 1. vers. Tertiā nota. Vide & pro Baptismo infra circa Titul. 16.

Circa Cap. IX de Priuilegio Leonis X.

261 E se illud perpetuum ex vi prioris Concessione contendit. Quest. 96. id quod agrē poterit persuaderi: vnde Quest. 132. num. 4.

& 5. contrarium amplectitur. Quia vero Bullam Adriani VI. adducit, ex quā id etiam ostendit, quod & à nobis præstitum, nulla profectō remanet aliquis momenti controvērsia. Confirmatur enim, & cum maiori amplitudine conceditur, non refringens mittendorum numerum, qui à Leone ad quaternarium fuerat limitatus.

Ibidem, alia circa Sacramentum Confirmationis.

262 IN Nouo Orbe statim post Baptismum, & ante vsum rationis administrandum probat Quest. 126. præsentim vigente persecutōne: quibus libenter assentior. Et quod ad persecutionis tempus attinet, extra dubium est ex Sacramenti institutione ad robورandam fidem. Ex quo etiam congruentia desumitur pro infantibus, vt scilicet cùm ad annos discretionis perueniant, peculiarem habeant lucem circa fidei mysteria, & sic feliciter in professione eiusdem progrediuntur.

263 Quest. 127. hæc habet. Primum. Probabile esse Episcopum validē benedicere sacra olea & Christina benedictione à se composta, etiam si substancialiter ab eā differat, quae est per Ecclesiam instituta. Sic dicto primo. Secundum. Etiam esse probabile posse validē confirmari oleo infirmorum & Catechumenorum: vbi & iuxta propriam mentem ostendit balsamum non esse materiam necessariam, neque determinatam à Christo, sicut neque alias Sacramentorum, præter Baptismum & Eucharistiam, de quo & Quest. 168. n. 8. Sic Dicto 2. Contrarium tenet Leander cum multis, quos adducit Tomo 1. tract. 3. disp. 3. quest. 3. addens tamen sufficere balsamum adulterinum. Sed cùm adulterinum absolūte tale non sit, ex eo Auctoris huius infirmum additur Assertionis vnicum fundamentum. Vel dicatur vnde hoc colligat, si adhibendam velit fidem. Tertium. Probabilis esse Episcopum inualidē predicta consecrare, quia designatio materiae ad solum Pontificem spectat, & quæ ab illo assignatur est substancialis, sicut & modus ipsam consecrandi, qui ad materiam ipsam spectat. Sic Dicto 3. Quartum. Probabilis esse Confirmationem oleo infirmorum aut Catechumenorum administratam esse inualidam, sicut & Extremam vunctionem. Christinam aut oleo Catechumenorum.

264 Hæc, cùm generalia sint, ad difficultatem pro Nouo Orbe propriam accedendo quest. 128. querit an amissio Pontificali possit Episcopus Christma, & Olea sacra benedicere benedictione à se composta. Et negatiæ sententia fundamentalis præmissis affirmatiuam latius & robustius probat, concludens num. 1. quod ipse illam non consideret; quia vix illa necessitas fingi potest, quæ præponderet tanto absurdo, vt Episcopus fungens publicā legatione totius Ecclesiæ apud diuinam Maiestatem, priuatim precibus vtratur. Quæ ratio parum videtur habere momenti, quia dici potest Ecclesiam ipsam in necessitate hoc eidem indulgere; vnde preces illæ quodammodo Ecclesia ipsius sunt; vel si non sint, in eo ob necessitatem dispensari. Certe vt de Confirmatione consilium illud sit conueniens, circa Extremam

Auctarium ex moderno Auctore.

tremam vunctionem videtur aliter consulendum, quia Sacramentum magnæ utilitatis est in ordine ad aeternam salutem, à quo multoties illa penderet. Cumque non preces omnes, quæ in benedictione interueniunt, de substantiâ illius sint, vt de Chiliane loquens obseruat P. Suarez Tomo 3. in 3. p. disp. 33. Secl. 2. vers. Refat. & de modo benedictionis aut Episcopus ipse, qui alias ea vñus functione, aut eidem interfuit, vel testimonio aliorum notitia aliqua succurrere possit, id quod magis est vñus substancialis per verba similia visupandum. Quod & necessariò videretur faciendum, si Calix & Patena consecrati delint: ad illorum enim consecrationem in casu necessitatis ad benedictionem est huiusmodi recurrentum. Fauet Leander tract. 4. disp. 2. quest. 5.

265 Addit. num. 12. modicat quantitatem balsami sufficere etiam pro magna quantitate olei, quamvis oleum nullam odoris recipiat qualitatem, contra P. Coninck de Sacram. quest. 71. n. 35. afferentes omnes partes debere alterari. Sed cum P. Dicastillo Tom. 1. de Sacram. tract. 3. disp. unio. n. 62. media certè similior vñus sententia: vt neque exigua quævis sufficiat, nec talis necessaria, vt omnes debeat partes alterari; dummodò odor possit percipi, quia propter illum vt materia huīus Sacramenti est assumptum, quod ex Concilio Florentino constat in Decreto Eugenij IV. de Sacramentis, cuius illa sunt verba: Cuius materia est Christina confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientia: & balsamo, quod odorem significat bone famæ, per Episcopum benedicto. Pro quo & videantur dicta num. 21. 6. Subdit vers. Notandum secundum, inualidē ministrari, si subsidente balsamo, eo solo vngatur, secus autem si vngatur oleo tantum ex P. Dicastillo suprà, & Diana Parte 1. o. tract. 11. Refol. 13. vers. frequenti ballatum Indicum esse propriæ tale ait, licet censeat Pium IV. non id tantum declarasse, sed in eo dispensasse, de quo & n. 8. vers. Deniq. idem & Nos n. 21. 4. Concludit in necessitate posse Olea benedicere cum minori numero ministrorum, ex Declaratione S. Congregationis. Pro quo & extat priuilegium Indicum in facultatibus temporalibus, quæ Episcopis conceduntur.

266 Quest. 129. probat Pontificem posse simplici sacerdoti administrationem huius Sacramenti committere, & oppositum esse temerarium Christmate autem per Episcopum benedicto. Id que fore convenientissimum in Iapone, & Provinciis aliis, in quibus Episcopi non inueniuntur. In Peruvio certè aliquæ sunt, ad quas aut numquam aut rarissime, etiam zelo prædicti Patres accidunt. Vnde & hoc etiam est pro talibus conueniens à multis iudicatum. Timendum tamen ne hac occasione Episcopi à visitatione abstineant, quam ob conferendam Confirmationem solent frequenter adoriri. Quibus enim administratio dicta committitur, poterit etiam visitationis cura committi.

267 Quest. 130. disquirit an seclusa Pontificia prohibitione, solo iure diuino attento, possit Presbyter ex Episcopi sui præcepto validē confirmare, & negat cum multis. Circa quod non est in quo hæc modò debeamus, licet ille circa questionem sententiarum diuersitate proposita diuageatur. Sicut neque circa Quest. 131. vbi inquirit an valida sit hodie Confirmatione à Presby-

teris Gracis seculidum eorum ritum celebrata. Clemens quidem VIII. omnes sic confirmatos sine concessione Sedis Apostolicæ iussit sub conditione iterum confirmari, vt ex illius Constitutione constat, quæ est in ordine 47. Quod si modo valet, ad approbationem est Sedis eiusdem revocandum, & sic componenda quæ habet quest. 130. n. 25. & quest. 131. n. 1.

268 Quest. 132. id probat contra P. Quintanad. & P. Pellizarium, quod & Nos probauimus num. 208. & seqq. scilicet neque virtute Bullæ Leonis X. neq; Adriani VI. neque Urbani VIII. posse Religiosos Sacramentum iusud conferre. Num. 4. & 5. priuilegium Leonis X. quod perpetuam esse considererat, fuisse personale ostedit, de quo suprà. 261. Quod si ex Bullâ Adriani id licet, non tamen debet ad Indiam Orientalem extendi, ex eo habetur, quod tradit. Quest. 98. num. 323. concessionem scilicet talem ad eas tantum Indias spectare, quæ tunc erant Carolo V. subiectæ, qualis non erat India Orientalis. Sed contrarium tenet P. Quintanad, Tomo 1. tract. 2. singul. 6. num. 3. sicut de aliis priuilegiis. Nec de Confirmatione plura.

Circa Caput X. de Eucharistia.

Pro Communione Indorum.

269 D efendit illam Quest. 142. adducto Limenti Concilio, & alis ex Dom. Solorzano, tradensque generalem doctrinam illis accommodandam, ex multorum Doctorum sententiæ dicentium sufficere vt rudi agnoscat non esse communem cibum, sed cibum aliquem benedictum, sanctum, veneracione dignum, & proficuum ad animæ salutem, id quod ex cultu ab aliis exhibito, & sacro apparatu, non est difficile conjectare: quo pacto cœcus & mutuus communicare potest. Sed certè ego non video quomodo stare possit vt rudi communicatur non cognoscat confuso aliquo modo ibi esse Christum, cuius cognitione in illo supponi debet: & cùm administratur illi, dicitur esse ibi Christum, vnde & peccatum tundens dicit: Domine non sum dignus, &c. suo idiome à Confessario instruetus. Quod si non ita sit, & merum panem credit, non leue est idolatriæ periculum in iis, qui assueti sunt ligna & lapides adorare.

270 Vers. Adiutor terciū, circa finem, Concessione Pauli V. mentionem subdit ad instantiam Regis Nostrí Philippi III. vt Indi sine Communione valeant Iubilaa & gratias alias, solâ præmissâ Confessione, lucrari, aitque huius Pontificij Brevis mentionem fieri in Concilio secundo Limenti. In quo est lapsus manifestus: Concilium enim secundum ante natum Philippum est celebratum: sicut & potiori ratione ante Pauli V. creationem. Quod in fine addit Religiosis, de quorum bono statu debet præsumi, si vñus rationis amiserint, non solum in articulo mortis, sed etiam semel in anno, & si lucida habuerint interualla, bis aut ter in anno possit Communionem præberi: nec se maiores frequentiam admissurum; ad Indos quidem non spectat, & ita non est circa illud diutius insistendum. Addo tamen si lucida interualla sint, & verosimilis ratio-